

IV. Objurgatio Mariæ matris :

Fili, cur fecisti nobis hoc ?

V S V S.

1. Parentes ex mandato divino liberos Ephes. 6.
objurgare, verum illis non dira impre-
cari debent.

2. Exemplum etiam habemus humanæ
imbecillitatis in Mariâ: Putat enim
puerum Jesum peccasse, quod Hieroso-
lymis remanserit.

V. Apologia Christi: *Quid est,*
quod quærebatis me, &c.

Hæc sunt verba non in matrem inve-
henti, sed seipsum defendenti, & ma-
trem instituenti.

V S V S.

1. Exemplo Christi & nos invicem in
religione instituamus.

2. Nos etiam debemus esse in his, quæ Phili. 3.
sunt Patris nostri, nempe animo in cœlis.

VI. Obedientia Christi: *Erat sub-*
ditus illis.

V S V S.

Exemplum in CHRISTO obædientiæ
omnes liberi sibi imitandum proponant,
ut & ipsi proficiant, sapientiâ,
ætate & gratia, apud DEUM
& homines.

DOMI-